

*Acta Apostolicæ Sedis - Commentarium Officiale*

## ACTA OFFICIORUM

### PONTIFICIA COMMISSIO

#### AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

##### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Eñi Patres Pontificiæ Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quæ sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

##### I — DE TRANSITU AD ALIUM RITUM

D. An mulier latina, quæ vi canonis 98 § 4 declaret se velle transire *in matrimonio ineundo* ad ritum orientalem viri, adhuc teneatur ad formam celebrationis matrimonii, de qua in canone 1099 § 1 n. 3.

R. Affirmative.

##### II — DE DISPARITATE CULTUS

D. An ab acatholicis nati, de quibus in canone 1099 § 2, ad normam canonis 1070 subiiciantur impedimento disparitatis cultus, quoties cum parte non baptizata contraxerint.

R. Affirmative.

##### III — DE TRIBUNALI COMPETENTE

D. Utrum in controversia, quæ ad normam canonis 1572 § 2 dirimenda defertur ad dioecesanum tribunal, Episcopus *convenire* tantum, an etiam *conveniri* possit.

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Datum Romæ, e Civitate Vaticana, die 29 mensis Aprilis, anno 1940.

M. Card. MASSIMI, *Praeses*.

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius*.